Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

7 quis a nolentib; dat. Ille enim solus male sibi allatam pecuniam repetere quia iustum iudicium
emit. quam uenale esse non debuit. quam primo iuditio dedit. uellet quod repetere. non timeret
uel puderet emisse. Sed aliae personae inferioris loci. que ab utraque parte non insolenter
accipiunt sicut officialis. 7 qui amouetur. 7 cui admouetur officium. ab his extorta per
immoderatam improbitatem repeti solent. magisque reprehendimus quod talia inusitate repe
tiuerit. quam quod ea de more susceperit. quoniam multe necessarie persone rebus humanis uel inui
tantur his uel huiusmodi commodis. uel tenentur. Isti si uitam uite mutauerint. aut excellentioris conscen
derint sanctitatis gradum. facilius ea que hoc modo acquisierunt tamquam sua pauperibus largiuntur. quam
eis a quibus accepta sunt tamquam aliena restituant. Qui uero contra ius societatis humane furtis.
rapinis. calumpniis. oppressionibus. inuasionibus. aliquid abstulerint reddenda potius quam
donanda censemus. Zachei publicani exemplo. Q. VI. Quod penitentia agi non possit.
nisi res aliene reddantur. Unde Augustinus in epistola ad Macedonium. De eodem.
Illud uero fidentissime dixerim. eum qui pro homine ad hoc interuenit. ne male allata resti
tuat. 7 qui ad se confugientem quantum honeste potest ad reddendum non compellit. socium esse fraudis
7 criminis. Sanctam misericordius opem nostram talibus subtrahimus quam impendimus. Non opem fert qui
ad peccandum adiuuat. ac non potius adiuuat sed obuiat subuertendo atque opprimendo.
Sed numquid nos idcirco aut exigere. aut exigendum tradere. uel possumus. uel debemus. agimus quantum episcopalis
facultas datur. 7 humanum quidem non numquam sed maxime ac semper diuinum iudicium comminan
tes. Nolentes autem reddere. quos nouimus 7 male abstulisse. 7 unde reddant habere. arguimus
increpamus. obtestamur. quosdam clam. quosdam palam. sicut diuersitas personarum diuersam uidetur
posse uelle accipere medicinam. Si uero rem alienam quis consecutus non eandem sed esti
mationem ei restituere debet. Unde Gregorius. Qui rem alienam consecrat eius estimatio
Comperimus nullam extitisse causam pro qua res eorum potuissent nem restituat.
racionabiliter occupari. atque eas inconsulte ac temere consecrari. Ideo experientie tue
precipimus. ut quia quod semel consecratum est. eis non ualet ultra restitui. studium tuum sit ut ipse
episcopus debeat precium dare. Pro malis autem apud principes ecclesia debet inter
cedere. non eos temerario ausu defendere. Unde Gregorius Romano defensori. defendat.
Hii qui in furtis publicis implicati sunt. Ecclesia pro malis intercedat non eos teme
a nobis non uideantur iniuste defendi. ne opinionem male agentium eiusdem discretae
defensionis ausu in nos ullomodo transferamus. sed quantum decet ecclesiam admonendo.
uerbum intercessionis adhibendo. quibus ualeas succurrite. ut 7 aliis opem feratis.

S. xi. q. iii. Qui consentit.
S. xii. Q. [illegible] Nulli.
S. xxiii. Q. v. C. i. Reos.